



CAPUT I.

ETYMOLOGIAM ET DESCRIPTI-

ONEM JUNIPE-
RI TRADIT.

Non absonum est *Plato* quod dicere consuevit: Nomini-
num qui gnarus , gnatus
etiam est rerum. Notum
enim est ex nomine al-
icujus rei & omen quandoque elucesce-
re non contemnendum , & contrà quem
nominis latet significatio, hunc & ipsius
rei cognitionem latere plerumque pre-
sumitur , laudabilis itaque & haud in-
congrua est consuetudo, ut rem aliquam
tractaturus à nominis incipiat primor-
dio, ideoque hunc imitabimur , & pri-
us de *Juniperi* etymologiâ, pauca præ-
mittemus antequam Vires usumque il-
lius pertractabimus.

De σονιατολογίᾳ *Juniperi*, quæ σονιατο-
primò consideranda venit, hæ in monu-
mentis Autorum extant reliquiæ: Non-
nulli *Juniperi* vocem deducunt hinc esse
Latina,

ortam

ortam ut *Juniperus* dicatur quasi *juniōres fructus pariens*, quoniam semper novellos fructus pariat antiquis matu-
rescentibus, prout sentit *Baubinus lib. 12.*
Pinac. Theatr. Botanice. sect. 5. p. 488. Be-
ned. *Curtius Symphorianus lib. 29. hortor.*
cap. 3. p. 939.

Nonnulli *Juniperum* à Græco &
Latino derivari volunt, ut *Juniperus* di-
catur quasi *junius* οὐετος, seu junior ignis, &
pro hâc stabiliendâ sententiâ experienti-
am adducunt, quòd nempe *Juniperus* ac-
censa ignem non illicò solùm concipere,
sed illum quoque diutissimè fovere,
ignisque vice esse soleat, notum enim
est, quòd si cineribus ex ligno *Juniperis*
confectis carbones vivos eosque vel
Juniperinos, vel etiam *Quercinos* addas
illisque hos obruas, per totum anni spa-
tium gliscere, ita ut illi in eodem post
annum statu permaneant sicuti inclusi
sunt, sicut testatur *Conrad Kunrath. tra-*
ctat. de medull. destill. p. 420. & *D. Daniel*
Becker in Wachholder Apotec. cap. 1. Hinc
Scaliger commentar. in lib. 3. Theophrasti
de causis plantarum p. 160. carbones ju-
niperinos omnium optimos & immorta-
les declarat.

Greca:

Græci *Juniperum* ἄρευσιν & ἄρε-
νευθον dicunt, & derivant παρὰ τὴν την
ἄρεν νέυθεν, quod maledictionem ar-
ceat,

ceat; ejus enim odorem omnia reptilia
venenata aversari & fugare dicitur, pro-
ut testatur *Banbinus loco jam citato*.

Nonnulli ἀγενθον derivant τὸ ἔχειν τὰς ἀνάρδες μεγαλύτερας, quod
spinias occultas habeat, quoniā dicente
Rwillio lib. 1. de natur. stirp. juniperu spinā
potius, quam foliō, sed herbaceā vesti-
tur, & jam citatus *Benedictus Curicus Sym-*
phorianus citato loco de junipero dicit, quod
illi pro folio spina, herbacea quidem,
sit, prout idem *Banbinus loco dicto* sen-
tit.

Alii ἀγενθον deducunt απὸ ἀγενθον
ἐνθύ, quod idem est ac recte vel certe
arcere, quoniam certō juvamine homi-
nes à morborum liberat insultibus, sicut
opinatur *Schrevelius in Lexico manuale*
Graco Latino p. m. 202.

Hebrei Juniperum קָרְנֵל dicunt
à radice קָרְנֵל quod significat ligavit
vel junxit, uti legitur *Mich. 1. verl. 13.*
ideò fortasse, quod firmam jungat san-
itatē cum corpore vulneraque conglu-
tinet & conjungat singularique vi polle-
at emplasticā, & præterea abortum
prohibeat & fœtum utero materno quasi
firmiter alliget, sicuti ex usibus illius in-
fra innotescet.

Hebraica.

Germanis audit *Wachholder & Germani-*
B *Weck. ca.*

Weckholderbaum / quod propè vias crescat, dicitur quoque Grammerbaum à turdis , qui illam amant ejusque fructibus delectantur cibiisque loco utuntur. Nonnullis in locis dicitur Geurb Baum / ob rationes suprà de derivatione Latinâ allatas , ut & eine Feld-Eypresse / quia Cupresso similis perhibetur, teste D. Ocyro in XX. experimentis antipestilentialibus.

Fructus Juniperi Græcis dicuntur ἄργειον, Latinis Baccæ , Fructus , vel Grana Juniperi , ut & Amifructus quasi Amici seu Amicabiles fructus , sicuti ita appellantur à Hieronymo Brunswigâ in libro de stillatorio p.m. 89. Germanis dicuntur Wachholderbeere / quasi Wach' und Hol'derbeere / quoniam ob præstantiam earum insignem vigilandum est illaque diligenter colligenda. Aliis Macaltern dicuntur , quia senium vigilax , non torpidum , conciliare putantur , ideo suprà citatus Conrad Kunrath. loco citato illas potius Macalterbeere appellandas esse censet , quoniam ad senium integrâ valetudine perducant.

Aliò Lingvarum idiomate & quidem Chaldaicò Juniperus dicitur נְבָרֶת, Gallicò Geneure, Italicò Genivro , Hispanicò Enebro , Belgicò Geneuer & Geneuerboom, Ungaricò Teviskesfenyo. Hæc de σοματολογίᾳ.

0110

οὐωνυμίαν quod spectat, nomen οὐωνυμία.
 Juniperi tām majori, quam minori ejus
 convenit speciei, ita tamen inter se di-
 stingvuntur à nonnullis, ut major dica-
 tur *Juniperus*, minor vero *Juniperulus* &
Junicellus, referente Tabernamentanō in
 Arhenci Buch.

Συνονυμία Juniperi tām Græca, Συνονυ-
 quam Latina & Germanica varia est, μία.
 variatque ratione diversorum Generum
 & appellationum, sic Græci dicunt Ju- *Græca.*
 niperum ἄρενθον & ἀρηνθίν, nec non
 ὁἘγαρτεύς & ἀγαρτεύς, Latini vo- *Latina.*
 cant *Juniperum* modò vulgarem, fruti-
 cosam, bacciferam, humilem, modò ar-
 bores centem, oxycedrum à similitudi-
 ne cum Cedro, ut & Oxyacantham &c.
 prout illud infrà in differentiæ conside-
 ratione melius explicabitur. Germa- *Germani-*
 ni *Juniperum* uti dictum, appellant *ca.*
 Wach- und Weckholder Baum oder
 Straude/ Grammebaum/ Feuerbaum / ei-
 ne Feld-Eyppesse/ in Prussia dicunt illam
 Kattichbaum oder Kattichstraus/ teste
 D. Daniel. Becker in Wacholder Apo-
 teke.

Synonyma fructuum *Juniperi* ex
 præcedente οὐωνατολογίᾳ peti pos-
 sunt, quibus addimus quòd hos fructus
 Poëtæ per metaphoram nominent

— — — Juniperi mora misura
— — que sunt thus stæte costituque misellis.
Describimus *Juniperum* præmissis
præmittendis sequentibus.

Juniperi
Descriptio.

Juniperus est planta nonnunquam altius surgens aque radice truncum crassum & lignosum fundens, nonnunquam humi repens, cortice membranaceo sponteque scissili prædita, perpetuò virens, foliis angustis, acutis & spinosis prædita, baccas partim nigras & virides, partim cœruleas imò & rufescentes, modò majores, modò minores, ferens, cui interdum fungus musci instar adnascit, & ex illa quandoque liquor gummosus, Vernix dictus, exfudat, ad usum & commmodum generis humani à Summo Creatore creata.

CAPUT II.

DESCRIPTIONEM REALEM
TRADITAM EXPLICAT.

D E scriptus *Juniperum* quod planta sit altius surgens, omnis enim arbor, frutex, quibus etiam à nonnullis suffrutex additur, talis planta est teste *Sperlingio lib. 7. Instit. Phys. cap. 7. p. 1042.*

Addidimus in descriptione, quod nonnunquam à radice truncum crassum & lignosum fundat nonnunquam verò